

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7437

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Cherbourg, Notre-Dame du Vœu (abbaye, abbé)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1185-1189]

Lieu d'émission : Caen

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation de diverses donations faites à l'abbaye de Notre-Dame-du-Vœu, de Cherbourg.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Dodsworth Roger, Dugdale William, *Monasticon Anglicanum, sive Pandectae coenobiorum Benedictinorum, Cluniacensium, Cistercensium Carthusianorum...*, de *canonicis regularibus Augustinianis...*, Londres, Longman, Hurst, Rees, Orme & Brown, 1817-1830, 8 vol., t. 6, vol. 2, p. 1111.

b. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DCCLVIII, t. 2, p. 410-411.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 410. Gautier de Coutances, archevêque de Rouen depuis 1185.

Texte établi d'après b

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris ac fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis me pro Dei amore concessisse et sigilli mei munimine confirmasse abbatie Sancte Marie de Voto, quam domina M. imperatrix, mater mea, proprio censu fundavit, et canonicis ibidem Deo servientibus, ecclesiam Sancte Margarite de Tilia, cum omnibus pertinentiis suis ; heremum Sancti Aichadri, cum omnibus pertinentiis suis ; heremum Sancti Martini de Prato similiter ; et quicquid Rogerus de Magneville tenuit in manerio Otheville, sicut carta ejusdem Rogeri testatur ; et tres partes molendini Tiolphi, de accato domine matris mee, et maram quam tenuit Robertus cappellanus juxta Hogam ; et terram de venditione Willelmi de Carkagneio apud Jorborch, et terram apud Scheldrevillam de concessione Willelmi de Braiosa ; preterea quascumque terras vel mansuras jam dicta abbatia et canonici in Cesarisburgo justis donationibus et acquisitionibus adepti sunt. Quare volo et firmiter precipio quatinus prenominata abbatia, que ratione foundationis ad meam specialiter donationem nullo mediante pertinet, et canonici mei omnia tenementa sua, omnes justas possessiones suas, tam ecclesiasticas quam seculares, cum omnibus libertatibus suis per totam terram meam, scilicet in burgo, in villa, in bosco et plano, in viis et semitis,

in aquis et piscariis, in feriis et foris, teneant et habeant ac possideant libere, quiete et pacifice, et absque omni exactione thelonei, foagii, gablagii, stalagii, taillagii, passagii, et omnis servilis consuetudinis ad me pertinentis.
Testibus : Waltero [Rothomagensi] archiepiscopo, comite Willelmo de Magnavill[a], W. de Mara, et pluribus aliis.
Apud Cadomum.